Matth. V. 20-24.

cio; Ego autem dico uobis· quia omnis qui irascitur
[illegible]
fratri suo racha· reus erit concilio; Qui autem dix[erit]
fatue· Reus erit gehenne ignis; Si ergo offer[s]
munus tuum ad altare· & ibi recordatus fue[ris]
quia frater tuus habet aliquid aduersum te·
Relinque ibi munus tuum ante altare· & ua[de]
prius reconciliari fratri tuo; Et tunc ueniens o[f]
feres munus tuum; [illegible]

Marc. X. 17-21

In illo tempore cum egressus esset ihs in ui[am]
procurrens quidam genu flexo ante eum ro[ga]
bat eum; Magister bone quid boni faciam ut
uitam aeternam possideam· Dic ei ihs; qui[d]
me dicis bonum· Nemo bonus nisi unus ds; Pre
cepta nosti· ne adulteres· ne occides· ne fure
ris· ne falsum testimonium dixeris· ne fraudem
feceris· honora patrem tuum & matrem; Et il[le]
respondens· ait illi; Magister haec omnia obs[er]
uaui a iuuentute mea; Ihs autem intuitus eum
dilexit eum· & ait illi; Unum tibi deest; ua[de]
de quaecumque habes uende· & da pauperibus
& habebis thesaurum in caelo· & ueni· seque[re]
me· [illegible] Seq sci eu sec [illegible]

License: cc-by-nc – Müstair, Benediktinerinnenkloster St. Johann, XX/48 Nr. 1a-i, 28 – Evangeliary
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-eb3a/1437/18996)